PLATO. ARISTOTELES
Entstehungsort unbestimmt (Tirol?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 74r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



procedamus confitentes quod si aliter ac dictum est fortasse vide
atur omnia ab hiis demum prodeuncia credantur dissoluta. Gla. Sic agendum est inquit.

Capitulum decimum tertium de diuersis affectibus anime. So. Gla.

Quid ergo inquam annuere et remunere ac quid aff
ectare et abnuere et adducere ad se ac repellere
num hec omnia siue actionum siue passionum inter
contraria pones esse nichil enim in hoc differt Gl. Inter contra
ria profecto inquit So. Quid hoc etiam sitire et esurire et
huiusmodi appetitus et iterum velle et cupere nonne hec
omnia in eadem que prius dicta est specie reponis sicuti
semper affectatis animam ac appetere illud dices quod
desiderat ac ad se adducere si quid aueat et inquantum
sibi porrigi quid affectat ad se nutu poscere tamquam aliquo
rogante illius generationem cupientem Gl. Sic inquit
So. Quid autem nolle quid cupere num ad repellere et
amouere ab se et omnia hiis contraria apponemus Gla.
Cur non So. hiis inquam sit se habentibus desideriorum quandam
speciem dicemus esse ipsorumque euidenciores quas siti
famemque vocamus Gla. Equidem So. Nunc igitur hec potus
illa cibi Gla. Sic arbitror So. An ergo inquantum sitis
est pluris alicuius desiderium in anima dicemus esse ut pote
sitis est sitis certe ergo calide potionis aut frigide aut pluris
aut modice et in modico talis cuiusdam potionis si
quidem caliditas quedam siti adsit frigidi prestabit de
siderium si frigiditas calidi si vero ob sentem magnitu
dinem multa erit sitis pluris desiderium sin exigua
modici adhibebit ipsum autem sitire neutique alterius fiet
desiderium quam eius potionis cui congruit ac cibi item esu
rire Gla. Sic est inquit So. Ipsum quodlibet inquam de
siderium ipsius cuiuslibet erit solum cuius est naturaliter
talis autem ~~que~~ uel talis que subinde adiunguntur Ne
quis igitur nos immeditatos fortasse turbet ac dicat

Affectos contrarie

Fames et sitis desideria euidencia

Sitire Esurire